Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 835
Quelle:
Copyright:

bula modernis et posteris per presentem paginam declaretur. Sciendum igitur est, quod dominice incarnationis anno M°. CC°. XLIII°. Indictione prima. XVII°. Kl. Maii consecrata est hec ecclesia cum suo altari a domino Ruodgero uenerabili Sancte patauiensis ecclesie Episcopo in honore summe et indiuidue trinitatis. et uictoriosissimi ligni Sancte crucis. et Sanctissime genitricis dei Marie. perpetue virginis. & omnium Sanctorum. Specialiter autem in honore gloriose uirginis & genitricis dei Marie. Transposita est autem ipsa dedicatio a supradicto reuerendo antistite usque in diem translationis sancti Martini episcopi et conf. (4. Jul.) *qua in die singulis annis sollempniter est celebranda. Habentur autem in altari reliquie iste. De ueste ipsius gloriose virginis Marie. De ligno Sancte crucis. Et sanctorum Petri et Pauli apostolorum. Andree apostoli. Philippi apostoli. Bartholomei apostoli. Marci euangeliste. Stephani prothomartiris. Laurentii mart. Georgii mart. Viti mart. Lamberti episcopi et mart. Fabiani et Sebastiani mart.*

Adjiciam etiam e calce Codicis Chartam Venditionis Sec. XII. exaratam: *Notum facimus omnibus Christianis tam presentibus quam futuris, quod quidam nobilis homo Eberhardus nomine de nueban uendidit predium quoddam in baselowe domino Hermanno abbati de bomgartenberge delegandum super altare sancte dei genitricis semperque uirginis marie in bomgartenberge a domino Alberto eiusdem loci aduocato. qui est de berge. quod et fecit. et huius delegationis testes sunt. ipse Eberhardus de nueban. Irinfridus de ratelenberge. Cuonradus de ascabe. Nizo et frater eius de birchinuelde. Poppo de narden. Hanricus de hohenberge. Wichardus. Porno. Pilgerimus de croteltale. Albreht de tiemenich. Otaker et gerboto de arbingen. Luodewicus et filius eius Reinoldus de fridehalmesdorf. Albewin gener predicti luodewici. Herbort de arbingen. Gotefridus de nestendorf. Reinfrit cognomento flaminc. Gundolt de halsenohcensteine. Gotesalchus de inerenuelde. Egelsalchus de choulube. Gotesalcus de arbingen. Helenwic de inerenuelde.* Plura ex adductis Locis etiamdum supersunt paullum mutatis, ne dicam, exasperatis nominibus elisione vocalium, quibus olim animata lenius ab ore fluebant.

CCCLXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 169. f. per duas columnas, utut non una manu, praeclare tamen exaratus, minio distinctus, olimque, ut non uno praefert loco, *Sancte Marie in boumgartenberge*, id est, *Montis Pomerii*, potius *Pomarii* Ord. *Cist.* in super. *Austria* continet D. *Gregorii M. Moralia in Job* a *Libro* XXVII. usque ad finem. In fronte notatur: *Iste liber XXVII°. non legatur in refectorio, quia lectus est in precedenti uolumine.* Fortassis ideo, quia ad *Partem* V. totius R. 3062

Ope-